Et quendam Stephanum de Italia scolarem docendi
causa conduxit. qui omnibus ibi discere cu-
pientibus satisfacere posset. Cumque idem Stepha-
nus in huiusmodi operibus praesideret omnique
humanitatem quae discendi ac perquirendi ne-
cessitas exigit promittere. petenti tamen adquieterit
Convenientes ergo sunt ad praedictam urbem scolares
acuti ingenii et subtilius disciplina commorantes
aliquantis diebus habuerunt. Accidit Cum
autem quadam die in Marciano de nuptiis
Mercurii et Philologiae legeret. quoniam utriusque
nominis vocabulum profunditate quaereret et
non satis diligenter exprimeret. Iuvenes sicut
soliti fuerant ad perspicacioris ingenii virum domini
Wolfgangum venerunt. et ut eam difficultatem
exprimeret unanimiter postulaverunt. At ille
sicut erat benignus et doctus non solum quod ro-
gaverat. verum etiam omnes huiusmodi sententiae
scrupulositatem aperiens insinuavit. Quo
cognito. magister praefatus ira commotus. ne ulterius
sibi lectioni interesset sub interminatione prohibuit
Hic quoque malignus hostis inventa hac occasione
tam per se quam per suos complices famulum dei
suffocare temptabat. sed veritas sicut flamma